

agentis, nam illa relatio non est necessaria, sed libera: pōt. n. Deus vnum effectum propter varios fines operari hęc autem relatio non est formaliter in ipsa actione extrinseca, imò nec semper in illa apparet; ergo non potest talis modus operandi propter finem ex sola extrinseca denominatione Deo tribui, sed potius è contratio per denominationē ab actū interiori Dei, extrema eius actio dicitur esse propter talem finem: ergo nullo modo defendi potest prædicta sententia.

Secunda sententia, quòd sint in Deo libera perfectiones.

VII.

Secundò alii coniuncti rationibus factis, cōcedunt Deum denominari volentem ea quę libere vult, ab aliqua re quę intrinsicè in ipso est. Vnde, cum illa denominatio respectu creaturarū non sit necessariò in Deo, consequēter autē rem illā seu perfectionem, quę Deo tribuit talē denominationem, nō esse simpliciter necessariā Deo, sed potuisse non esse in illo, quāvis postq̄ est, nō possit à Deo separari. Ita tenet Caietanus 1. p. q. 19. art. 2. & 3. Fundamentum est in tactū, & sanè difficillimum, quia impossibile vī vī eadem forma sūm eandem omnino rationem reale det aliquam intrinsicam denominationem, & quę eadem omnino manens, & eodem modo informans, seu quasi informans, aut coniuncta supposito possit non dare illam denominationem. Sed Deus denominatur volens creaturam ab aliqua forma, seu quasi forma reali, & intrinsicè existēte in ipso; ergo impossibile est quod illa denominatio proveniat ex vī solius perfectionis formalis & essentialis necessariò conuenientis Deo. Probatur consequentia, quia hęc denominatio seu quasi effectus formalis non conuenit necessariò Deo: ergo non pōt formaliter provenire à perfectione simpliciter necessariā, nā hęc cum sit eadem, & eodem modo coniuncta Deo, nō potest nisi eandem necessariam denominationem semper tribuere. Aliās eadem forma eodem modo vniāta possit nouum, vel diuertum quasi formalē effectum tribuere, quod intelligi non pōt. Vt si voluntas mea habeat vnum & indiuisibilem actū immutatum, & sine vlla additione, & eodē modo illam affizientem, intelligi non potest, quod nūc constituat illam formaliter volentem tale obiectum, & tamen quòd eodem modo manens possit non constituere volentem illud obiectum.

VIII.

Et confirmatur, nam in ipsa æternitate voluntas diuina prius ratione, quā vel illud obiectum extra se, intelligitur potens ad volēdum, vel nolēdum illud, alioqui non esset libera, & in illo signo intelligitur cum tota perfectione quę necessariò est in ipsa, & deinde intelligitur actū volens tale obiectum: ergo necesse est vt aliquid reale Deo addi intelligatur à quo talis denominatio & quasi informatio orta sit. Patet consequentia, quia illa denominatio non est rationis, sed realis, quia verè & in te ipsa Deus vult & amat tale obiectum: neque est extrinseca vt ostensum est, & est noua, si non duratione, saltē naturę ordinē & separabilitate, quia absolute loquendo posset non esse in Deo: ergo necesse est vt proveniat à forma reali intrinsicā, & ex se separabili ab ordine & perfectione quę necessariò conuenit Deo.

IX.

Ad hęc & similia argumenta respondēti solēt,

A Deum velle creaturam partim esse denominationē rei, partim rationis, vt. n. est velle, est reale quid, vt autem dicitur esse velle huius vel illius obiecti solum additur relatio rationis. Priori ergo ratione sumitur illa denominatio ab actu reali, qui necessariò est in Deo, posteriori autem ratione illa denominatio nō est simpliciter necessaria, sed libera, quia ille respectus rationis non conuenit necessariò illi actui. Sed hęc responsio non expedit difficultatem tactam. Primo, quia respectus rationis propriè & in rigore sumptus, vt est quid factum per intellectum, & in eotantum obiectiue existens, non est necessarius vt Deus verè dicatur aliquid velle liberè, nam licet nullus intellectus tale aliquid fingat aut cogitet, Deus verè & re ipsa vult quod liberè amat. Quis, n. ponere potest illum amorem dependentem à tali fictione, vel respectu? Si verò respectus rationis latius sumatur pro illo fundamentò, quod ex parte rei intellectui nostro datur ad cognoscēdas res cum hoc respectu, sic reuera non est aliquid factum à ratione, sed aliquid reale, quod non potest esse nisi vel denominatione extrinseca, vel aliquid reale intrinsicum habens respectum transcendentalē ad aliud, quod noster intellectus concipit per modum verę relationis. Sed in presenti hoc fundamentum non est denominatio extrinseca, vt ostendimus, oportet ergo vt sit aliquid reale intrinsicū includens transcendentalē habitudinem ad tale obiectum: ergo aliquid huiusmodi additur Deo, cum dicitur velle liberè hoc obiectum. Et reuera huiusmodi denominationes volendi, amandi, sciendi, vt determinantur ad talia obiecta ex suo genere non dicunt relationes rationis, sed transcendentales habitudines, quę in rebus ipsis existunt.

B Et confirmatur, nam si intellectus noster nūc intelligit duas res sine relatione rationis, & sine fundamento illius, & deinde intelligit inter duas illas res aliquem respectū rationis, non merè gratis confictum, sed in eis fundamentum necesse est vt aliqua mutatio vel additio in rebus ipsis sit facta, ratione cuius intellectus concepit illū respectū, ad res ipsas explicandas. Sed intellectus noster concipit Deum sūm omnia quę necessariò illi conueniunt in sua æternitate se ipsum amantem, & vt sic non concepit ipso aliquid relationem rei, vel rationis, nisi forē ad creaturas possibles, deinde verò concepit Deum vt amantem, v.g. Petrū, quem ad æternam gloriam eligit, & tunc concepit relationem rationis ad illum, & præterea concepit, occasione vel fundamentum illius relationis non esse sumptam ex Petro, qui ex se eodem modo semper manet, intelligit ergo esse fundatā in ipomet Deo qui aliter se habet ad Petrum, quod in priori signo se haberet: ergo necesse est intelligere aliquid rei esse additum Deo, in quo fundatur illa relatio rationis. Tandem explicatur in hunc modum, nam hęc additio, quę in æternitate intelligitur fieri in Deo per actum liberum sūm diuersa signa rationis, talis est, quod si in tempore fieret, realiter mutaretur Deus: ergo non est tū additio rationis, sed vera & realis. Patet consequentia, quia per solam additionem relationum rationis non mutatur Deus, vnde multi respectus huiusmodi illi ex tempore conueniunt. Antecedēs verò patet, quia aliās non esset inconueniens illā additionē fieri Deo ex tpe & consequenter possēt

Deus